



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 99. Prima Synodi Congregatio post quartam Sessionem habita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæcul. XVI.
A.C. 1546.

§. XCIX.

Prima Synodi Congregatio post quartam Sessionem habita.

*Ex act. Mas-
sarell. apud
Raynald. ad
ann. 1546.
n. 61. & seq.
Pallav. c. 2.
n. 2. & 3.*

Interea Tridenti Synodus haud interrupto studio celebrabatur, moxque absoluta Sessione quarta alii Patrum confessus habebantur, in quorum primo die decima quinta Aprilis coactogebatur de emendandis Theologiæ Lectorum & Concionatorum abusibus. Hac occasione frequens erat Episcopos inter & Regulares contentio: prius tamen Legati eo fine Episcopos convocarunt, ut de ordine, quo argumenta in consultationibus discutienda pertractarentur, deliberarent: his præmissis iidem admonebant Patres, curandum esse, ut Sedes Episcopales Viris gravitate ac doctrina præditis conferrentur, qui in illis residere velint ac possint, nulli vero plures simul Ecclesiæ concederentur: opponebant tamen, *difficillimum id sibi usu venire, dum suæ jurisdictionis exercitatio a triplici hominum genere præpediretur, nimirum a Regularium familiis, a profanis Principibus, atque a Sede Apostolica.* Quod ad Regulares attinet, ajebant Legati, poterit cum illis aliquid apte componi, iique facile inter officii sui limites contineri.

vi. Quod vero spectat Principes profanos, Sæcul. XVI
 possunt innovari, seu graviores congeri A.C. 1546.
 pœnæ sacrorum Canonum in sacræ juris-
 dictionis violatores: sed quod ad Aposto-
 licam Sedem pertinet, a Pontificis æqui-
 tate medela pendet. Querelæ Episcopo-
 rum in eo genere oriuntur ex nimis pen-
 sionum oneribus, ex decimis frequenter
 imperatis, ex Ecclesiasticis ad sacros Or-
 dines indigne promotis, & a se antea re-
 jectis, ex immunitatibus, quibus frue-
 bantur Accolytbi, Protonotarii, alique
 privilegiis affecti, ex absolutionibus at-
 que inhibitionibus Romanæ Penitentia-
 riæ, ipsorum manus, ne flagitiosos com-
 pescerent, inneentibus, sed potissimum
 ex Sacerdotiis animarum procuracionem
 complectentibus, quæ Aulicis confere-
 bantur, ab ea procuracione longe degen-
 tibus, eique obeunda sæpius ineptis &
 bujusmodi munerum multiplicatione di-
 tatis.

Mala insuper exaggerabant ex eo ge-
 nere concessionum exorta, quas expecta-
 tivas nuncupabant, quibus tunc erat lo-
 cus, cum videlicet Sacerdotium primo va-
 caturum in certa quapiam Diœcesi con-
 cedebatur alicui, cum facultate capeffen-
 da possessionis absque ullo Judicis man-
 dato, ne concertandum cum Ordinariis
 esset, sibi jus collationis tribuentibus.
 Significabant denique, cum ceremoniæ,

Mm 4

pia-

Sæcul. XVI. *piæque exercitationes sanctioris Hebdo-*
A.C. 1546. *madæ ac Paschatis propius instarent,*
quindecim dierum spatio Patrum congrega-
tus intermittendos, seque ea ratione ad-
ductos indixisse futuram Sessionem die re-
motiori, quam alioquin indicta fuisset;
unde se scripturos ad Pontificem ajebant,
ut intra Paschatis Hebdomadam responsio-
nem remitteret, quo ex luca per eam sibi
communicata tutius cursum dirigerent ad
habendis de abusibus quaestiones.

Hisce communi omnium trium Le-
 gatorum ore prolatis Marcellus Cervi-
 nus adjunxit epistolam a se ad Cardina-
 lem Farnesium die decima tertia Apri-
 lis datam, in qua animadvertit, quem-
 admodum necesse fuerit cogi Synodum,
 quo ea orbis Catholici pars, quæ superest
 in Religione contineretur; ita pariter
 opus esse, accuratam morum ordinationem
 perfici, ut Episcopi ea contenti quamprimum
 illi finem imponerent; quod & uni-
 versalis & peculiarium Ecclesiarum com-
 moda postulant.

§. C.

Legati Romam missis ad Pontificem
litteris ejusdem consilium effla-
gitantes.

Pallav. t. 2.
n. 8. & 9.

Præmissis hisce consultationibus Lega-
ti Conventum habuerunt, in quo de abu-